GREGORIUS MAGNUS
Zwettl, um 1200 Seite 101r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



ante timidus iam linguis loquitur. corus
cat miraculis. infidelitatem sacerdotum ac prin
cipum libera uoce increpat. ad predican
dum ihesum exemplum auctoritatis ceteris
prestat. Ne in nomine eius loqui debeat
uerberibus prohibetur. nec tamen compescitur.
Contempnit flagella cedentium qui pau
lo ante requirentium uerba timuerat.
et qui ancille uires requisitus expauit.
uires principum cesus premit. Sancti enim
spiritus iam uirtute roboratus. huius mun
di altitudines libertatis calce dispo
nebat. ut in imo esse cerneret. quicquid
contra creatoris gratiam altum tumeret.
Hec sunt ornamenta celorum. hec sunt
dona spiritus. que diuersis manifestari
uirtutibus solent. Quas occulte dis
pensationis munere diuisas. paulus
enumerat dicens. Alii quidem per spiritum da
tur sermo sapientie. alii sermo scien
tie. secundum eundem spiritum. alii fides in
eodem spiritu. alii gratia sanitatum in uno spiritu.
alii operatio uirtutum. alii prophetia. alii
discretio spirituum. alii genera lingua
rum. alii interpretatio sermonum.
Que mox generali diffinitione con
cludens ait. Hec autem omnia operatur unus
atque idem spiritus. diuidens singulis prout
uult. De his autem celis in psalmo dictum
est. Verbo domini celi firmati sunt. De his
autem ornamentis spiritus subditur. Et spiritu
oris eius omnis uirtus eorum. Bene
itaque dicitur. Spiritus eius ornauit celos.

quia predicatores sancti nisi promissa paracly
ti dona perciperent. nullo fortitudinis
decore clariuissent. Sed quia sanctis apostolis
uirtutum gratia decoratis. uite predicatio
contra infidelium corda conualuit. et an
tiquus hostis obsessas infidelium men
tes predicatorum uocibus expulsus reliquit.
post ornamenta celorum apte subiun
gitur. Et obstetricante manu eius educ
tus est coluber tortuosus. Quis enim
colubri nomine appellatur. nisi anti
quus hostis et lubricus et tortuosus.
qui decipiendo homini colubri ore
locutus est. De quo per prophetam dicitur.
Leuiathan serpentem. uectem tor
tuosum. Qui idcirco loqui serpentis
ore permissus est. ut ex ipso uase eius
homo cognosceret qualis esset qui
intus loquebatur. Serpens quippe non so
lum tortuosus est. sed etiam lubricus.
Quia quo in ueritatis rectitudine non
stetit. tortuosum animal intrauit.
quia uero si suggestioni eius primo non
resistitur. repente totus ad interna
cordis dum non sentitur illabitur. uer
ba ad hominem per animal lubricum
fecit. Cauerne uero huius colubri cor
da fuerant iniquorum. que quia ad
prauitatem propriam traxit. quasi
in eorum habitatione requieuit. Sed obste
tricante manu domini tortuosus colu
ber de propriis cauernis expulsus est.
quia dum nobis diuina gratia medetur.